

quod huiusmodi decimam tarenos et ceram consueverunt ut dictum est percipere et habere dixit quod sic Interrogatus qualiter (*ripetula*) sciret dixit quod a tempore recodationis sue iam sunt anni quinquaginta et plus vidit dari et solvi predicta Iura Capitulo et archipresbitero eiusdem maioris Ecclesie Baroli. quod fuerunt pro tempore quinque a magistris procuratoribus Camere et secretis Regionis quinque a dohaneriis et Cabellotis ipsorum Iurium qui similiter pro tempore exstiterunt. et ipse etiam pluribus annis a predicto tempore usque nunc fuit quinque dohanerius. quinque socius dohaneriorum Baroli. et ipse et alii socii sui exhibuerunt decimam et Iura predicta archipresbitero et Capitulo Baroli predictis annis quibus exstiterunt Cabelloti dohane Baroli de mandato magnorum procuratorum seu secretorum et vidit etiam solvi et dari easdem aliquando ab eisdem magistris. procuratoribus Camerariis et secretis Item dixit quod audivit dici et notorium est ei quod archipresbiter clerici et Capitulum eiusdem maioris Ecclesie semper tempore qd. domini Regis Guillelmi primi et secundi et aliorum felicium antiquorum et Catholicorum Regum Sicilie usque nunc quartam partem decime ipsorum proventuum. Baiulationis et dohane ac aliorum veterum Iurium in Barolo nec non tarenos aureos quindecim ac etiam libras sexaginta de cera pro cereo pascale pacifice et quiete consueverunt annis singulis percipere et habere a magistris *etc.* Item dixit quod vidit pluribus annis infra predictum tempus clericus ipsius Ecclesie sedere in dohana Baroli et percipere proventus ipsius dohane pro parte Ecclesie supradicte et audivit etiam dici et notorium est quod antiquis temporibus predictorum Regum predicta Ecclesia Baroli per Clericum suum consueverat percipere et habere quartam partem decime supradicte Item Interrogatus si predicta quarta pars decime consuevit exhiberi anno quolibet predictis archipresbitero et Capitulo ad generale pondus. dixit